



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

1. De Episcopo, quid sit?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

## De Episcopo, quid sit.

1. **E**piscopus quis apud Ethnicos.
2. **Q**uis apud Christianos.
3. **A**rchiepiscopus est Princeps Episcoporum.
4. **P**rimas est supra Archiepiscopum.
5. **O**mnia superior Papa.

**E**piscopus apud Ethnicos, pani & coeteris venalibus rebus, quæ ciuitatum populo quotidianum victum suggesterunt, præfuit, l. fin. §. Irenarchæ. ff. de mun. & honor. Apud Christianos Ecclesiam Dei regit. Act. cap. 20. superintendit curam gerens subditorum, eorumque mores & vitam prospiciens, c. cleris dist. 21. c. qui Episcopatum. 8. q. 1. Vndeis qui Parochis præest, apud eos qui sunt de Augustana confessione, Superintendens appellatur. Archiepiscopus est summus seu princeps aliquorum Episcoporum, quos suffraganeos dicimus, præsidens tam metropolitanis, quam coeteris Episcopis. d. c. cleris. hodie in effectu à metropolitano non differt. Rebuff. in concord. §. de Instit. Lancel. Conrad. in Imp. om. iud. lib. 2. cap. 4. num. 1. per c. Pastoralis. x. de offic. ordinar. Supra Archiepiscopum est Patriarcha siue Primas, c. & 3. dist. 99. ut est Treuirensis in Belgica Provincia,

uincia, e. Tingualdum n. q. 3. Magdebur-  
gensis in Germania, ex beneficio Benedicti  
VI. Papæ. Pet. Cudsem. in suo Apologet. cap.  
18. cuius tamen in reliquos Archiepiscopos  
nulla est potestas, nec esse potest, quam diu  
sacros canones, non agnoscit. arg. §. sed  
neque. §. sed etiam. auth. Quo oport. Episc col.  
1. Omnim supremus est Pontifex siue Pa-  
pa. d. c. clerico. dist. 21. Plura de his apud Lan-  
cell. Conrad. d. loc. cap. 1. in seqq. Pet. Gregor.  
Tholos. in Syntag. Iur. vniuers. lib. 15. ca. 3. &  
seqq. Tob. Paurmeist. lib. 2. de Iurisd. cap. 7.

## TITVLVS. II.

Qui sunt Archiepiscopi & Episcopi in  
Germania.

1. IN Germania referuntur septem Archiepi-  
scopi.

2. Moguntino subsunt XII. suffraganei.

3. Coloniensi quot & qui?

4. Treuirense qui?

5. Magdeburgensi & Salzburgensi, qui?

6. Rigenensis & Pragensis non parent Imperio.

1. IN Germania referuntur septem Archie-  
piscopi, 1. Moguntinus, 2. Treuiren-

sis, 3. Coloniensis, 4. Magdeburgen-

sis, 5. Salzburgensis, 6. Bisontinus, 7.

Bremensis. Moguntino subsunt suffraga-  
nei,